



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616

De ijs, quæ Rectorem ad bonam administrationem iuuabunt. Cap. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)

tempore, iuxta Constitutiones.

12 Quas habeat facultates, partim ex ijs, quæ ipsi in his regulis conceduntur, partim ex compendio facultatum Societatis intelligat, vt in ijs, quas non habet, sciat ad Superiorem recurrere.

Vnde firas facultates intelligat.

De ijs, quæ Rectorem ad bonam administrationem iuuabunt.

C A P. II.

13 **S**it sollicitus, ne Minister, & reliqui officiales suo defint officio, omisis alijs, quæ possent impedire.

Ne defint officio suo officiales.

14 Singulis vel saltem alternis hebdomadis cum suis Consultoribus conueniat (nisi pro re nata aliquid extraordinarie esset consultandum) deque rebus maioris momenti, quæ pro temporum, & negotiorum varietate occurrunt, cum illis agat: quamquam ijs auditis penes ipsum erit de singulis statuendi facultas.

P. 4. c. 10. §. 7 et p. 9. c. 6. §.

14. Singulis hebdomadis consultandum.

15 Consultores, aliosque omnes, cum ei aliquid proponunt, libenter, ac benigne excipiat, & præcipue eum, cui Monitoris officium commissum est, efficiatque vt in suo Collegio, quæ in formula scribendi præscripta sunt, accurate seruentur.

Consultores, & Admonit. benigne audiat.

P. 9. c. 4. §. 4.

16 Habeat librum, in quo scribantur visitatio-

fitatio-

Quæ in libris
scribenda.

Vnde institu-
tum cogno-
scet.

In libellum,
referat, quæ
ad bonū Col-
legij occurrūt

P. 2. c. 3. §. 2.
et p. 7. c. 2. lit.
M. et c. 4. §. 3.
& 4. p. c. 10.
lit. B.

Missas appli-
care potest.

scritationes Collegij à Generali approbatæ; in quo etiam scribantur ordinationes aliæ alicuius momenti, quæ à Generali mittuntur: & quæ perpetuæ fuerint, ab ijs, quæ temporariæ sunt, separatim notentur: alia vero quæ Visitator, & Prouincialis præscripserint, in alio libro scribantur.

17 Institutum Societatis cognoscat ex lectione literarum Apostolicarum, Constitutionum, & Decretorum Generalium Congregationum: magis autem particularia ex lectione Regularum tam communium, quam officij sui, & aliorum, qui sub ipsius cura sunt, ac Prouincialis, & Compendij facultatum Societatis, atque ex obseruatione consuetudinum receptarum, ac demum ex recursu ad Superiorem in iis, de quibus dubitabit.

18 Libellum habeat, in quem referat quæcunque sibi ad bonum Collegij statum subinde occurrunt, ne memoria excidant, præcipue illa, de quibus ad Generalem, vel Prouincialem scribendum putat.

19 Pro occurrentibus necessitatibus communibus, & priuatis, Missas, & orationes suorum (moderate tamen) iuxta consuetudinem Societatis applicare poterit.

De